

ciuitatū iura destituēs praua sta-
 tuta sanxiuit. Ita q̄ sacerdotes
 circa altari^s officia nequaq̄ dedi-
 ti erant. sed cōtempto templo et
 sacrificijs neglectis palestris et
 ludis vacabant et p̄mos hono-
 res nichil habentes greca^s glori-
 as optimas deputabant a his si-
 miles esse per omnia cupiebant
 quos pauloante hostes et petē-
 ptores habuerant. **Iste Jason**
 qui interpretat^r desiderans figt
 ambiciosum qui honores a emi-
 nencias desiderare nō cēssat. **pū-
 p̄ri** Tota die cupiscit a d̄siderat
Antiochus qui interpretat^r pau-
 per silens vel pauperis silentiū
 malum superiorē signat q̄ pau-
 peres subditos grauans ipsos si-
 lentes et tristes efficit inquantū
 pre timore ipsius nullus est qui
 loqui presumat. **p̄mo** **Macb. p̄**
mo Accepit spolia multitudinē
 gentium: et siluit terra in cōspe-
 ctu eius. **Ista** est ergo veritas q̄
Jason idest malus prelatus nō
 parcat omie nec ratione fraēnitas
 tis nec rōe bonitatis. quia tales
 non parcunt alijs cōsanguineis
 vel iustis quin eozū sacerdotiū
 ambiant et officia concupiscant
Ideo sepe fit q̄ ad regem antio-
 chum idest ad malum prelatus
 se transferunt et mediante pecu-
 nia sacerdotiū idest beneficiū
 acquirunt p̄priosq̄ fratres et
 amicos a statibz suis deponunt
Jē ix Omnis frater supplantā^r
 supplantabitur. et omnis inimi-

329
 cus fraudulēter incedet ac **Ta-**
 lis igitur ambiciosus statim q̄
 ante principatum rebis^s vel ad
 prelationem sublimatur. legitti-
 ma ciuium iura idest bonas con-
 suetudines sibi subiecti populi
 destruere molitur. et praua statu-
 ta pro vitibus instituit et secta-
 tur. cōtribules idest suos amicos^s
 et familiares ad ritum gentilem
 idest ad secularem lasciuā indu-
 cere cōprobatur. **Illud** enī vide-
 mus de malis q̄ plus cupiunt
 nepotulos eozū ritus et mores
 gentiles. i. seculares et lasciuos
 habere q̄ q̄ israhelites idest viti-
 iusti fiant. **Unde** de talibz pōt di-
 ci illud **Osē ix** Duert ad inter-
 fectionem filios suos. **Quid** plu-
 ra. Reuera regnante tali prelato
 sacerdotes idest inferiores subdi-
 ti non vacant ad altaris officia
 peragenda s̄ potius cōtempto
 cultu et ritu templi ecclesie vel al-
 taris et neglecta regulari obser-
 uancia discipline. moribzq̄ reli-
 gios^s depositis: p̄m^s moribz id ē
 sanctorū patrum moribus et cō-
 ditioibus vilipensis. ludis secu-
 laribz se implicant et greca^s glo-
 rias idest seculares mores opti-
 mos esse putant. **Hisq̄** ad literā
 similes esse cupiunt scilicet secu-
 laribus quos hostes multociēs
 senserunt. **Constat** q̄ seculares
 ecclesiasticorū in multis casibz
 sūt inimici et tamen fatui ecclesi-
 asticis ipsis i moribz se cōformāt
 ipsiq̄ cupiūt esse similes et ami-